

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Ionae Versiones, Polonica Et Bohemica**

Apvd Protestantes Hodie Receptae, Praemissa Notitia Versionis Vtrivsqve,  
Cvm Originali Textv Hebraeo Collatae : Dissertatio Historico-Critico-Sacra

...

Ad Diem XII. Nov. Ann. MDCCCLIX. ... Examinandam Commilitonibvs Tradit

**Carpow, Paul Theodor Carpow, Paul Theodor  
Rostochii, [MDCCCLIX.]**

**VD18 90522079**

Ad vers. 3.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10388**

TANO, et OECOLAMPADIO, J. H. URSINUS ad h. l. p. 6; aut 2) pro *Substantia s. Contentis* saltem Declamationis habent. Prior vero sententia absonta est et adeo, ut iaddictum esse illi Interpretum quempiam vix credideris. Et sane, quicquid sit de duobus reliquis, qui jam non sunt praesto, ABENESRÆ hæcce verba: *וְעַתָּה לֹא צָוָה שׁוֹאמֵר עֹד אֶרְבּוּם יוֹם רָק כִּי* *עַלְתָּה רְעַתָּם לְפָנֶיךָ*, saniorem ferunt explicationem etiam prouti jacent et in exemplaribus impressis leguntur, considerata; nisi plane pro *לְפָנֶיךָ* legendum sit *לְפָנָיו*. Posterior autem sententia, Declamationem re ipsa habitam: *עֹד אֶרְבּוּם יוֹם וָגוֹן* (*Cap. III. 4*) ab hic intenta esse diversam, precarie supponit.

Ad vers. 3.

*תְּרִשְׁוִישׁוֹן*). POL: et BOHEMI' vertunt: *do TARSU*.

Pro nomine itaque quodam proprio habuerunt. Et tale certe est. Qui enim appellative hic reddunt per *mare*, re proximius inspecta, quo se sunt tueantur non habent. Evictum id dederunt jam, alios inter, præprimis in Anglia ARNOLD. BOOTIUS (*Animadvers. sacrar. L. IV. C. VI.*) et J. TARNOVIUS nostras (in *Comm. ad h. l.*). Nos quoque, re tota perpensa denuo, iis accedentes, hic breviter ponimus hæcce observata: nimirum.

1) An uspiam, in integra Scriptura sacra, *תְּרִשְׁוִישׁ* idem sit quod *ים* aut *mare*? de eo, idque suo merito, sub judice Philologo adhucdum esse litem;

2) Qua speciatim ipsius Jonæ stylum, distingui in illo solerter et constanter inter *תְּרִשְׁוִישׁ* atque *ים*; et ita quidem

3) Ut *א*) utatur author illo, *תְּרִשְׁוִישׁ*, nonnisi loquens de itineris termino præfixo atque metra, *ב*) autem altero *ים*, sca-pham sic, ut in proverbio est, appellando scapham, quotiescumque de mari tanquam via per quam illi sermo est citra contraversiam omnem. Quater enim tantum, quod ad *א*), habet *תְּרִשְׁוִישׁ*, bis de termino itineris præfixo sibimet ipsi (C. I. 3. IV. 2.), semel de termino præfixo nautarum, (C. I. 3.) et semel de

B

ter-





termino præfixo sibi cum nautis communiter, verbis **לְבָא** **עַמּוֹת** **תִּרְשִׁישָׁה** *ad pervenientum illiscum ad Tarſis*, (*ibid.*) Econtra, quod ad **ג**), tempestatem exortam esse refert non in **תִּרְשִׁישָׁה**, sed in **יְם**, projecta esse onera quædam, non in **תִּרְשִׁישָׁה**, verum in **יְם**, et sic porro. Consequentia est manifesta.

Indicato sic termino Fugæ *ad quem*, indicatur nunc etiam terminus *a quo*. Nempe e Terra sancta s. Israelis, terra JHOVÆ, et Terra possessionis JHOVÆ (*Hos. IX. 3. Jos. XXII. 19.*), territorio quasi quodam speciali DOMINI hujus sui, tanquam loco cultus, revelationis divinæ, influxusque propheticæ, quem tantopere defugiebat, tunc ordinario, aufugere constituerat servus immoriger atque fugitivus hiece, Jonas; id quod insinuantur nobis eleganti hacce exquisitissimaque phrasí circumlocutiva:

**לְבָא תִּרְשִׁישָׁה** *ad aufugiendum (ad Tarſis)*  
**מִלְפָנֵי חָ** *coram facie DOMINI!*

Illud enim **ח**, ex natura præpositionis *Mem* utique (\*) subaudiendum, juxta felicissimi illius plurimarum Ellypseon endatoris, DAVIDIS KIMCHII observationem, stylo simul contextuique convenientissimam adeoque pulcherrimam (\*\*), est generale nomen **מִזְמָקָה** LOCUS, ita ut sensus sit **מִזְמָקָה שְׁחוֹת** et **א** (loco isto qui est) *coram facie DOMINI*, scil. **כָּאֵת אֲלֹהֶיךָ** et speciali quadam ratione. Per huncce autem locum, qui dicitur esse **לְפָנֵי ח**, hic non specialius quoddam **ח** (v. g. Hierosolymas, Templum, sed totam intelligi Terram sanctam, per collationem scopi terminique ad quem tendebat JONAS, locum nimirum in *Extra-Terra* quendam, dictum Tarſis, fit luculentum. Atque hujus sententiæ, denotari hic Terram sanctam, præter Hebraeos ipſos, nostratum quoque sunt Interpretum haud pauci; In quibus tamen (quotquot horum evolvimus), desideratur distincta locutionis hujus evolutio, GLASSIO ipſo (*in Rhetor. S. Cap. de ἀνθρωποποιίᾳ*) non excepto, ut qui, ut ut cæterum sentiens nobiscum, **בְּפָנֵי ח** s. **FACIEM DOMINI ipsum**



*ipsum autem significare locum, etc.* Seorsum etiam quod attinet Interpretates POLONOS BOHEMOSVE, hi vertendo per od oblicza PANSKIEGO et od tñary HOSPODINOLNEY, h. e. a facie DOMINICA, adeoque ad Lamed interseratum itidem minus attenti, etiam confundunt phrases: fugere ה' מלפנִי et fugere ה' מלפנִי (\*\*). Talis autem confusio id præterea incommodi secum vicit, ut 1) auëtis per eandem Enantiophænomenis Scripturæ sacræ frustra omnino, opponendo nimirum huic Jonæ loco illum Davidis Ps. CXXXIX. 7. quorsum fugerem פָנֵר! etiam 2) Jonæ, pessimi circa Articulum de omnipræsentia divina erroris macula adspergatur immerito; animi ejus consternatione subita, a quibusdam Interpretibus prætexta, eluibilis tanto minus, quanto diutius constantiusque in sententia persistit in itinere, eodemque, quod probant rationes (Cf. BUNTINGII *Itinerarium S. Scripturæ*) Geographicae, satis longinquo.

(\*) Conf. *Ars ideam distinctam de voce hebræa formandi*, C. I. §. VI. et §. I. p. 8 sqq.

(\*\*) Nimirum in Ejus Sepher Schorashim s. Lexico ad radicem פנה, et inde etiam in Michlal Jophi SALOMONIS BEN MELECH ad h. l. Quam autem in Commentario super JONAM profert sententiam, scil. subintelligi ingenere רְכָר REM quandam I. ALL-QVID, quod sit coram facie DOMINI, et eo quidem sensu, ut per hocce רְכָר veniat intelligendus Spritus Prophetæ, ea longius est petita. (\*\*\*) Egregia est observatio ABENESRAE notantis, scrutando Scripturam et si totam tamen haud se invenisse, excepta Jonæ Prophetia locum ullum, in quo nomen פניהם constructum cum verbo ברוח, præter ו etiam in fronte gerat ל, merito suo laudatus propterea ab ABARBANELE. Confirmant quoque observationem industrii hujus Viri, præter experientiam propriam, Concordantie Hebræ NATHANO-BUXTORFIANÆ,

POLONI: a Przyszedzy do Joppen. BOHEMI: a prised do Joppe, h. e. et VENIENS ad Joppen.

Hic, in dubio vexato nodoque Interpretum quasi gordio quodam utut defuerint vires, laudanda tamen est Interpretum





tum horum attentio et voluntas. Adeo enim excercuit locus hice quampluriuos, ut et ad incitas quasi redacti censuerint quidam, scripturam condescendisse hic cum vulgo tanquam quod mare declivius esse terra opinetur per errorem (ut putant); a qua sententia ex celebrioribus, haud alienus fuit TARNOVIVS (ad h. l. pag. 21.) quamque, si audiamus URSINUM, eandem in medio relinquente, professus est etiam KIMCHI. Sed vide *Notam* (\*). Hancce itaque, ut videtur, necessitatem evitaturi cum Polonis Bohemi, assumserunt generaliorem quandam verbi יְהִי significatum, quod et fecit PFEIFFERUS (ad h. l. p. 10.) existimans non erraturum, qui dixerit יְהִי non significare præcise tendere ex loco altiori in humiliorem, sed simpliciter tendere de loco in locum, cum desiderio et festinatione mutandi, ac provocans propterea ad *Jud.* XI. 37. XV. 11. Verum enim vero, uti commodam, conciliandi hæcce *Judic.* loca cum descendendi significatu verbi יְהִי consueto, viam dudum ostenderunt Rabbini, adlegati partim jam a DANZIO quoque (*Interpret.* §. 93, et *Synops.* §. 66.); ita apud JONAM quoque hic nodus quæsitus est in scirpo. Attendere enim utique nos oportet, *descendisse* referri Jonam non in *mare*, sed ad *Joppen*; non itaque tam maris potius sed Joppes, *Situs* hic erit considerandus. Hæc autem sita est in Tractu maritimo, proxime ad littus ipsum (Cf. RELANDI *Palæstina*, Tit. JOPPE); recte igitur tendens ad eam dicitur *descendisse*, habito respectu ad regionis Palæstinæ, quæ ardua magis et montuosa est in parte sui a mari remotiori, versus mare autem compestris magis planior et declivis (Cf. REL. L. I. C. XLVII, coll. *Conspectu Palæst. montium, camporum etc.*) naturam; ad quam proinde etiam olim jam, Palæstinæ incola ipse, HYERONIMUS, provocavit merito. Caveas tamen, ad Singularia prorsus Chorographica Terræ Israelicæ cum Nonnemine hæcce referas. Terrarum enim altitudo a littoribus versus mediterranea loca accrescit et tanquam in umbilicos asurgit plurimum et ordinarie, vid. BERN. VARENII ab IS. NEWTON aucta et illustr. *Geographia generalis*, L. I. C. XIII., *Proposit.* II. p. 158.

(\*) Ita



(\*) Ita enim URSINUS (p. 13.) ad voces: et descendit, commentatur: „vel juxta regionis naturam, de montanis ad campestria veniens, interpr. Hieron. erat n. terra Zabulon monosofa, ubi et Thabor fuit v. Corn. n. Lap: Vel juxta Vulgi opinionem, quibus mare terra declivius videtur, ut explicat R. Kimchi,,. Sed, quinam quo loe familia Kini-chiorum? et ubi? Evolvimus nos DAVIDIS, qui maxime in censem et Kαθ' εξοχήν intelligendus apud Philo logos venire sivevit, Lexicon ac Commentarium etiam super Jonam, et compemus, in illo eum locum huncce præteriisse prorsus, in hoc ce autem ita docere: מַעֲרוֹ שְׁחוֹא גַּת הַחֶפֶר אֵי מִירוֹשָׁלִים וּדְרָא אֶל וּפּוּ שְׁחוֹא עַל שְׂפַת הַיָּם וּהְוָא הַוָּה אֶנְוֹת וְהַבְּנָסָט בַּיּוֹם וּקְרָא יוֹדָר כְּמוֹ שְׁנָא' וּוּרְרוּי הַיָּם בְּאֶנוֹת כִּי שְׂפַת הַיָּם כְּמָוֵן כְּנָגֵר שָׁאר הַוּבָשָׁח הוּוֹא מָקוֹם: h. e. Ex urbe sua, nimirum Garbhachepher, aut ex Hierosolymis, descendit ad Joppen, sitam ad littus maris et Navale. Descendere autem dicuntur marepetentes, uti v. c. Psalmo CVII. 23. quoniam littus maris est locus depressior respectu reliquæ Continentis. En! non de declivitate maris loquitur verum littorum, respectu reliqua Terræ s. Continentis. Præterea, quod maxime ob alia Scripturæ loca notandum bene, nequam errat, qui mare esse terra declivius existimat. „Si enim (testibus VARENIO & NEWTONO l. mox citando p. 159. f.) „adhiheatur instrumentum Geodæticum librandis locis commo- „dum, deprehendimus nullam, etiam si remotæ Oceani partis „elevationem supra littus, sed potius exiguum aliquam depres- „sionem, ita ut undæ subsideant infra Horizontem littorum,“ Videantur ibi et lectu jucunda et Scripturæ Interpreti solidò utilia plura. Nullo itaque dato errore Vulgi, nullus datur ad eundem Scripturæ Condescensus.

Sed dubium tamen se oggerit vexatum, quod prius, quam campum huncce relinquamus Joppensem, postulat solvi. Suppediat illud *specialis* in eo Joppes *Situs*. Haec enim, etsi in Regionis parte decliviori et campestri magis sita, superstructa tamen resertur ipsa loca editiori inibi reperiundo, quin edito in tantum, ut et, teste STRABONE (L. XVI. p. 1110.) inde Hierosolymam Judæorum metropolin conspicí, fuerit traditum. Ad hanc itaque Objectionem *respondens* 1mo: In loco edito sitam esse certum quidem est, tam notabiliter autem eum eminere incertum valde, quin ne probabile quidem, juxta observatio-





nem hancce in DAPPERI Beschreib. der Landschaft Palastina, p. 164: Joppe ist, nach Strabonis Zeugniß, ein sehr erhabner Ort, von wannen man (wie gesagt wird), Jerusalem sehen kan. Jedoch scheinet solches nicht alleine der Weite, sondern auch der zwischen beyden gelegener Berge halber, unmöglich. Strabo selbst giebt solches nicht für Wahrheit aus, sondern füget dabei, daß es gesaget werde. *Resp.* Ido: Eminentia ejus, quantumcunque etiam sit, Situm huncce specialem non tamen  $\alpha$ ) tolle-re situm ejusdem generalem, nec obstat  $\beta$ ) quominus, habita ratione et *Termini a Quo Regionisque per agrande naturæ, deveniente Jona e longinquo rite adhibeat*ur prædicatum  $\tau\tau\tau$  descendendi, (vide hæc enucleatus sub signo (\*); quamquam forte minus curate adhiberetur idem de intrante Joppen proxime. Sed erunt forsä, quibus ne vel sic res omnis videatur confecta. Ast sint hi, et est quoque nobis, quo vel solo etiam simplicissimis pertinacissimisque scrupulus iste eximatur. *Respondemus* nempe IIImo: Distinguendum porro etiam esse inter *Situm Joppes totalem atque partialem*. Non enim tota superstructa *bodie* est loco editiori, neque superstructa fuit olim. Qua prius provocamus ad testem oculatum nuperrimum, JONAM KORTE (Reise nach dem weil. gelobten Lande p. 203.) referentem: Das Haus oder Hospitium - - - ist an einen Berg, worauf die Stadt NB. Meist liegt, gebauet; Qua posterius, ad rudera insignia extensis quondam Joppes in declive, Periegetis variis observata, v. c. ap. DAPPERUM I. cit. p. 167, ubi: Allenthalben rings um die Stadt an der Landseite, und NB. an dem Eingang des Hafens gegen Mitternacht, siehet man sehr schwere zerbrochene Mauren niedergestürzet liegen, woraus die Herrlichkeit und Pracht (add. Erstreckung in die Ebene und gegen den Hafen zu), der alten Stadt sattsahm erscheinet. Jam vero quid verosimilius? adeoque creditu quid est facilius, quam properantem adeo ad Joppen Jonam non nisi navis Tarsim ituræ inveniendæ ergo, partem Joppes respexisse primario petuisseque statim juxta littus (den Strand) *inferorem*?

(\*) Sint, in situ horizontali, Duo loca edita, A et B, et tendentem NN. de vertice loci A ad verticem loci B, vel vicissim de B. ad

A



A (nisi pontem interjectum, aut prorsus hominem in aere navi-gantem seu volantem tibi singas) descendere oportebit et quidem prius, deinde ascendere quoque, ab A ad B, vel a B ad A. Uterque itaque exercetur actus, descendendi ascendendi que, uterque proinde quoque verbis exprimi potest imo exprimi postulat aliquando, hoc modo: NN, descendit ab A vel B & ascendit ad B, vel A. Sed sufficit tamen etiam soepe, exprimere horum tantum unum; et tunc, quia facit hoc ad sermonis sine obscuritate brevitatem consequenterque (Cf. JAC. CAR. RÖVII *Meditat. Philosophica-Critica de Perfectione Linguae C. II. Tbcorem.* 23. §. 176.) perfectionem, recte exprimitur tantum unus, aut descendendi aut ascendendi. Delectum autem alterutrius determinare possunt varii, physici non tantum sed et morales respectus (de quibus in genere legi meretur Dissert. MICHAELI-Baumgar-TENIANA de Notione superi et Inferi, indeque Adscensus et Descensus in Chorographiis sacris.). Fac. E. g. loca A et B, si vel maxime etiam æqualita, longius tamen ab invicem esse dissita regione inque interjectam vergere semper in declive versus Terminalum ad Quem aut Contra; et comparebit, lineam qua descenditur, esse longissimam, qua ascenditur, brevissimam; aut contra. A potiori itaque, linea nimis longissima recte tunc fuit denominatio, nisi alias quidam obster respectus. Is vero in applicatione ad Jonam descendentem queretur frustra, sed favet potius illi insigniter respectus etiam moralis quidam, præminens semper dignitas Termini a Quo.

#### Ad vers. 4.

**חָזְבָה חָזְבָה** navis cogitabat (existimabat) fractum iri etc.

In explicanda hacce phrasí POL: ac BOH: favent, cum LUTHERO aliisque quamplurimis, Metonymiæ; vertentes P: i zdalo sie, jakoby etc. h. e. et videbatur, es schiene, ac si etc. et B: az se domnjwali, ze etc. h. e: adeo ut existimarent, quod etc. Obiter notetur hic in Convenientia aliqualis etiam tamen differentia versionis utriusque.

#### Ad vers. 5.

**שָׁנִים** vertunt recte POLONI Kazdy, BOHEMI gedenkazdy,  
h. e.

